



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 14. Proscriptio cujusdam Catechismi a facultate Parisiensi facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

rigatur, proscriptit: circa librum vero ^{Sæc. XVII.}
 de confraternitate S. Scapularis Re- ^{A. C. 1635.}
 gius Senatus iudicium sibi soli, auditis
 testibus, reservabat; carpebat autem
 Facultas sequentem inscriptionem Ima-
 ginibus quibusdam inepte appositam:
 Quicumque hoc sanctum Scapulare portave-
 rit, nec in aqua suffocabitur, nec igne com-
 bustus, nec fune suspensus morte afficietur.

§. XIV.

*Proscriptio cujusdam Catechismi a
 Facultate Parisiensi facta.*

Eiusdem hujus anni die prima Au- ^{Argentre}
 gusti quidam Sorbonæ Magistri re- ^{l. c. p. 16.}
 ferebant, quod Bertinus Berthaut Con-
 stantiensis Diæcesis Presbyter librum,
 cui titulus: *Catechismus Confessariorum*
 ediderit, eundemque Magister Patus
 approbari petierit: quoniam vero non
 modo multa inepta & ridicula, sed et-
 iam turpia & obscæna in eo observa-
 rint, hinc Auctorem monuerunt, ut
 abstineat ab illius evulgatione, quan-
 doquidem scandalum potius, quam
 utilitatem parere posset, tam in iis,
 quæ forum internum, quam quæ ex-
 ternum concernunt; qua non obstante
 monitione eundem librum sub appro-
 batione aliquorum Religiosorum Docto-
 rum absque Licentia Facultatis fuisse

Sæc. XVII. A. C. 1635. excusum non sine præjudicio Salutis animarum, & denuo ab authore ipso auctum & recognitum prodiisse, querebantur Doctores: eapropter Facultas approbationem hujus Catechismi factam revocavit, ipsumque Archiepiscopum Rothomagensis rogandum decrevit, ut in sua Provincia illius usum impediatur, ne ex ipsius lectione scandalum fidelibus accedat.

§. XV.

Christophori Bessoldi reditus ad fidem Catholicam.

Arnold Hist. Hæret. t. 1. l. 17. part. 2. cap. 3. Weissman. Hist. Eccl. p. 741.

Visum est hoc loco meminisse Christophori Bessoldi primum in Academia Tubingensi postea Ingolstadiensi Professoris publici longe celeberrimi, cujus ad fidem Catholicam conversio eo notabilior, quo manifestius inde elucet, quam dispari ratione Sectarii ad Catholicorum Sacra, & Catholici ad Novatorum castra transire soleant. Vix enim ullum ex his, qui a Catholicorum castris affugerunt, reperies, quem non vel ambitio, vel dissolutæ vitæ amor, ac libido, aut vindictæ cupido, aut amplæ pollicitationes aliæque ejusmodi foedæ rationes ad infamem hanc defectionem impulissent. Unde accidit, ut plerumque ejusmodi desertores sedato æstu, agnitoque